

Legatibus sacri concilij  
Italia ad Regem Poloniam

Serenissime Rex

Quoniam d. Valentinum Epim Presbiterum virum grauem, doctum, prudentem, quem Regia  
 M. V. ad s. Synodum duxit mittendum libentissime vidimus, atq; omni beneuolentia com-  
 plexi sumus. Nam cum maxime letari debeamus, talium virorum aduentu, et presentia  
 qui non minus possunt q; uelint hoc difficillimo tempore comunem Ecclesie causam uiuare,  
 tum uero regia comendatione ornatus dignissimus uisus est, in quem omnia humani-  
 tatis officia a nobis presertim M. V. studiosissimus conferretur. Verementer autem prout  
 debemus gaueri sumus quod Regia M. V. de mittendo ad s. hoc Concilium Deatore ali-  
 quando deliberarit. quamuis enim nobis, quibus plane perspecta, et explorata esset rectiss.  
 eius mens, atq; egregia in s. D. R. ac sedem Apostolicam uoluntas, et obsequantia: satis  
 etiam perspectae essent, quod ad hoc pertinet, regni Polonici Reges, et instituta mirum ui-  
 deri non potuit si haec deliberatio aliquandiu differretur: uerendum erat tamen ne  
 forte alij, qui minus regi uideant uolent esse, atq; omnia in peiorem partem aliquando  
 accipiunt, id quod necessario aliquando serius fuerat uoluntariam officij praetermissio-  
 nem peruersae interpretarentur. Hoc aut, qm ab eois Regis dignitate alienissimum fuisset  
 cuius pietas in tuenda Cath. religione maiorum suoz, ac praesentem Sigismundi Patris  
 Opt. Principis summa laudi se equasset, nobis profecto inuendissimum accedit quod  
 intercessimus M. V. non expectata amplius Comitior die Deatorem suum mittendum de-  
 creuisse. Verum ob illud praeterea ex ista honorificentissima Legatione summam letitia  
 percipimus necesse est, quod semper iudicauimus ad publica causa utilitatem magnopere  
 pertinere saenam Synodum Regia quoq; M. V. noie, et auctoritate, que amplissima inter  
 ceteros Christianos Reges merito habetur, honestate. Nam cum in ista Aquilonari plaga  
 N. M. V. sit que Christianam, et Catholicam ueritatem defensam, conseruatam, atq; aultam  
 maxime uelit: uerementer optandum nobis fuit ne tam firmo presidio sancta Dei eccia  
 destituta uideretur. Cum itaq; diuina benignitate omnia, ut uolubamus, ceciderunt,  
 primum quidem Deo immortali, deinde Reg. M. V. de eo maximas gratias agimus  
 et habemus: precamurq; ut pro ea pietate, quam praclare haltenus praestitit comunis  
 matris Cath. eccie propugnationem semel susceptam nunq; deserat, sed in ea defendenda  
 eo se acriorem praebet, quo fortasse maiori studio omnes maximas ad eam in Regno suo  
 oppugnandam, atq; adeo si fieri posset euertendam undiq; comparari senserit. Haec aut  
 eius humanitate, et mansuetudine freti ideo maxime scribenda esse duximus.  
 quod nuntiatum est M. Vram regni Comitua proximo Nouembri mense habitura esse,  
 in quibus, etsi more maiorum nihil aliud agendum sit, q; de comunibus regni negotijs  
 que uel ad ciuiliu rerum statum, uel ad belli administrationem attinent: tamen

quia nunq̄ ferè desunt perniciosi homines rerum novarum cupidi, qui arrepta quavis oc-  
casione in eiusmodi conventibus de constituenda etiam, ut ipsi appellant, sed re utra funditus  
tollenda religione agi postulent, oramus per Dei misericordiam, atq; obstitamus. N. V. ne  
quid ea de re non solum doctrina, sed et referri quidem patiatur. Notum nobis est, atq; omni-  
bus testatum quanta prudentia, virtute, et animi pietate, quodis superioribus annis de  
hac causa mentio incidisset. Reg. N. V. quorundam audaciam Dominam consilia et con-  
tus repreherit. Scimus eius sapientia, et religioni factum esse ne per multa concepit  
animo iratus, et impietatem effundere in aliorum pestem de perniciem audeant. qui  
eadem nunc prudentie, fidei, et pietatis documenta quando iam sui similis nunq̄ esse  
non poterit. N. V. daturam esse non dubitamus, vel potius confidimus, utiq; nobis polle-  
mur. Sed tamen vel quia tanta res est, vel quia eius saluti, et regis nominis existimamus  
mirabiliter favemus pretermittere non possumus, quin N. V. etiam atq; etiam in dno Deo  
tenemur, ut quod fecit semper faciat, et in omnibus sumat scutum fidei, in quo posuit  
omnia mala nequissimi ignea extinguere. Cogit N. V. ac memoria repetat quante  
usq; ad hanc diem labores Deo Reduensa pertulerit, quam nullum fore temporis spa-  
tium a gravissimis curis vacuam habere voluerit, ob eam potissimum causam ne Catholice  
religionem semel in Polonia receptam ex antiquis sedibus deturbari, atq; deici permittere.  
Tum utro cum hac attentius cogitarit simul etiam facile perspiciet q̄ indignum futurum  
sit tanto Rege, si patiatur a Christianis hominibus tam vera et solida glorie fructum  
quem illi sua virtus peperit, per insidias et fraudem vel per seditiones et importunas  
voces sibi e manibus eripi. Habet aut Reg. N. V. paratam et factilem rationem, qua  
de Eius turbulentiis postulacionibus hoc tempore explicet. Nam cum Dei Clementia  
ac S. D. N. R. auct. et opera uniuersali Concilio summo Ferdinando Imperis, omniumq;  
Christianorum, Regum, et Principum consensu, ac studio tractum fuerit, nefas est in hoc  
qua ad fidei disceptationem pertinet legitimum s. Synodi iudicium, vel superbe reu-  
sare, vel patienter non expectare. In promptu erit N. V. eis precipere, vel benigno  
consilium dare, ut ad s. Synodum veniant, apud quam et libere que sentiant et  
nere, et facile eam, quam hincpore expectant veritatem doceri queant. Sed non opus  
est ut pluribus Sae de re cum N. V. uia vel monendi vel coruortandi causa agamus  
cum alterum singularis eius sapientia, alterum summa in Deum et in Apostolicam ecc-  
pietas non discederet. Quin potius N. N. V. oramus ut in bonam partem accipiat, agnoscat  
nobis si precipua quadam in eam obseruantia, et religionis studis longius proce-  
sumus q̄ contra omnia preare causam ipsam, qua omnium gravissima existimanda est  
postulare uideretur. Dns N. Jesus Christus N. V. ad regni sui tranquillitatem, et pac-  
tendam, et S. Dei Ecclie dignitatem propagandam diu meliorem seruet.